

1164 volens nepotem eius, filiam domni FridERICI, nepoti
 suo in matrimonium querit.¹ Quam rex ex consilio
 suorum ei se daturum promittit. Hec predictus im-
 perator considerans preciosissima pallia diversi
 generis et vestes operis mirabilis, auro et lapidibus
 preciosissimis ornatas, ad opus tam regis quam
 domne regine et alia munera diversi generis
 transmittit. Sic inter imperatorem et regem Ungarie
 per dominum regem Boemie pace composita Greci
 et Ungari ad propria revertuntur. His ita compo-
 sitis rex Boemie cum rege Ungarie ad reginam, ma-
 trem regis, ledi redeunt, ubi tam a rege quam a re-
 gina, matre eius, et Ungaris diversis et innumera-
 bilibus donatur muneribus. Quos et quales pale-
 fidi ei dati fuerunt, scribere superfluum duximus;
 etenim pauperis est numerare pecus.² Casa nam-
 que, auri et argenti pondera, vestes, pallia diversi
 generis non nisi in plaustis ducebantur. Tantis
 honoratus muneribus in terram suam feliciter
 revertitur et a domino Daniele, ꝑ Pragensis ecclesie

2) Co. Mel. 13, 824: Pauperis est numerare pecus.

1) Helena iuxta Peter Comnenus.

Librogeffordum P

Ungari